

304	2. Super Cadorer	304	2. Misa (Luridic)
304	1. Super Cadorer	304	3. Misa (Luridic)
305	1. Super Cadorer	304	4. Misa (Luridic)
305	2. Super Cadorer	304	5. Misa (Luridic)
305	3. Super Cadorer	304	6. Misa (Luridic)
305	4. Super Cadorer	304	7. Misa (Luridic)
305	5. Super Cadorer	304	8. Misa (Luridic)
305	6. Super Cadorer	304	9. Misa (Luridic)
305	7. Super Cadorer	304	10. Misa (Luridic)
305	8. Super Cadorer	304	11. Misa (Luridic)
305	9. Super Cadorer	304	12. Misa (Luridic)
305	10. Super Cadorer	304	13. Misa (Luridic)
305	11. Super Cadorer	304	14. Misa (Luridic)
305	12. Super Cadorer	304	15. Misa (Luridic)
305	13. Super Cadorer	304	16. Misa (Luridic)
305	14. Super Cadorer	304	17. Misa (Luridic)
305	15. Super Cadorer	304	18. Misa (Luridic)
305	16. Super Cadorer	304	19. Misa (Luridic)
305	17. Super Cadorer	304	20. Misa (Luridic)
305	18. Super Cadorer	304	21. Misa (Luridic)
305	19. Super Cadorer	304	22. Misa (Luridic)
305	20. Super Cadorer	304	23. Misa (Luridic)
305	21. Super Cadorer	304	24. Misa (Luridic)
305	22. Super Cadorer	304	25. Misa (Luridic)
305	23. Super Cadorer	304	26. Misa (Luridic)
305	24. Super Cadorer	304	27. Misa (Luridic)
305	25. Super Cadorer	304	28. Misa (Luridic)
305	26. Super Cadorer	304	29. Misa (Luridic)
305	27. Super Cadorer	304	30. Misa (Luridic)
305	28. Super Cadorer	304	31. Misa (Luridic)
305	29. Super Cadorer	304	32. Misa (Luridic)
305	30. Super Cadorer	304	33. Misa (Luridic)
305	31. Super Cadorer	304	34. Misa (Luridic)
305	32. Super Cadorer	304	35. Misa (Luridic)
305	33. Super Cadorer	304	36. Misa (Luridic)
305	34. Super Cadorer	304	37. Misa (Luridic)
305	35. Super Cadorer	304	38. Misa (Luridic)
305	36. Super Cadorer	304	39. Misa (Luridic)
305	37. Super Cadorer	304	40. Misa (Luridic)
305	38. Super Cadorer	304	41. Misa (Luridic)
305	39. Super Cadorer	304	42. Misa (Luridic)
305	40. Super Cadorer	304	43. Misa (Luridic)
305	41. Super Cadorer	304	44. Misa (Luridic)
305	42. Super Cadorer	304	45. Misa (Luridic)
305	43. Super Cadorer	304	46. Misa (Luridic)
305	44. Super Cadorer	304	47. Misa (Luridic)
305	45. Super Cadorer	304	48. Misa (Luridic)
305	46. Super Cadorer	304	49. Misa (Luridic)
305	47. Super Cadorer	304	50. Misa (Luridic)
305	48. Super Cadorer	304	51. Misa (Luridic)
305	49. Super Cadorer	304	52. Misa (Luridic)
305	50. Super Cadorer	304	53. Misa (Luridic)
305	51. Super Cadorer	304	54. Misa (Luridic)
305	52. Super Cadorer	304	55. Misa (Luridic)
305	53. Super Cadorer	304	56. Misa (Luridic)
305	54. Super Cadorer	304	57. Misa (Luridic)
305	55. Super Cadorer	304	58. Misa (Luridic)
305	56. Super Cadorer	304	59. Misa (Luridic)
305	57. Super Cadorer	304	60. Misa (Luridic)
305	58. Super Cadorer	304	61. Misa (Luridic)
305	59. Super Cadorer	304	62. Misa (Luridic)
305	60. Super Cadorer	304	63. Misa (Luridic)
305	61. Super Cadorer	304	64. Misa (Luridic)
305	62. Super Cadorer	304	65. Misa (Luridic)
305	63. Super Cadorer	304	66. Misa (Luridic)
305	64. Super Cadorer	304	67. Misa (Luridic)
305	65. Super Cadorer	304	68. Misa (Luridic)
305	66. Super Cadorer	304	69. Misa (Luridic)
305	67. Super Cadorer	304	70. Misa (Luridic)

[Faint, illegible text, possibly bleed-through or ghosting from the reverse side.]

A.

ABACUS.

(Abbatum et Dignitariorum.)

Dignitatibus solemniter celebrantibus Abacum superponendis candelabris, calice, pelvi aliisque ad Sacrificium opportunis aptum et consueto more ornatum ad cornu Epistolae adhiberi posse. n. 2127 die 3. Sept. 1661.

Ad dubium: An Archipresbytero Cathedralis Nazzar. celebranti missam in diebus sol. praeparari possit abacus seu credentia cum pelluvio et gutturino ad abluendas manus? S. C. resp.: Concedendum esse ex gratia usum pelluvii cum urceolo n. 3579 ad 2 die 26. Apr. 1701.

Ad dubium: An Dignitatibus sol. celebrantibus liceat retinere abacum et an id ipsum vel cum aliqua distinctione retineri valeat pro Canonicis? S. C. resp.: Affirmative et ad utramque dubii partem sine distinctione. n. 4064 ad 2 die 31. Aug. 1737. — Cf. *Usus Pontificalium* (decr. n. 1856).

ABBAS.

1) Assistentia Monachorum.

Licere Abbatibus *Congreg. Camaldul.*, quando solemniter celebrant, habere sex ad summum Monachos sacris vestibus indutos, quorum duo assistant cum Pluvialibus, duo cum Planetis et duo cum Tunicellis coloris temporis con-

venientis; hi sedeant non in sedibus choralibus sed super scabellis in loco congruo, panno laneo coopertis. n. 966 die 21. Aug. 1632.

Vd. *Usus Pontifical.* (decr. n. 1856).

2) Associatio.

Caeremoniale Librum non comprehendere in associando ad chorum et ad Ecclesiam Abbatem sed solum Episcopum. n. 478 die 11. Decb. 1613.

Abbati s. Salvatoris Ord. Cisterciens. Clusinae accedenti ad peragenda Pontificalia cum associatione totius sui Cleri, S. C. resp.: Serventur decreta P. Alexandri VII. (de anno 1659) n. 3781 die 10. Mart. 1708. (Vd. *Usus Pontif.* n. 1856.)

3) Benedicens.

(Cf. *Bened. cum SSmo.*; *Usus Pontificalium*, praecipue decr. n. 1856)

Posse Abbatem, dum pontificaliter celebrat in sua Ecclesia, populo solemniter benedicere, sed non in praesentia Episcopi. n. 246 ad 2 die 17. Julii 1604.

Non posse Abbatem in locis, ubi jurisdictionem habet, private suis subditis benedicere, sicut sol. potest. n. 412. die 24. Aug. 1609.

Ultra tres vices Abbatibus nullatenus licere trina benedictione solemniter benedicere et tunc, si actu pontificalibus induti solennia peragant; privatim vero celebrantibus, nunquam a simplice sacerdote vel in minimo eos discrepare

permissum est. n. 1972 ad 5 die 29. Mart. 1659.

4) Benedictio.

Abbatibus non ab alio quam ab Ordinario benedictionem petere debere et ita servari. 1070 die 24. Julii 1638.

Cum P. Abbas gener. Ord. s. Hieronymi Congreg. Portugall. preces SS. P. Bened. XIV. porrexit, ut Abbas gener. pro tempore ejusdem Cong. recipere valeat benedictionem a quolibet ex Episcopis Portug., impertita simul eidem abbati facultate benedicendi alios abbates, qui ex antea abbatis gener. munus obierint, atque in posterum dicti abbatis gen. successores benedictionem ab eorum praedecessoribus possint recipere, S. C. resp. ad 1: Consulendum SSmo. pro concessione indulti abbati gen. sumendi benedictionem, servata in omnibus Bulla Bened. XIII; ad 2: Negative.

Et SSmus. benigne annuit et votum S. C. approbavit. n. 4251 die 23. Apr. 1755.

5) Benedictio etc. facultas.

(Cf. *Benedictio campanae*; bened. cum s. chrysm. etc.)

Abbati mitrato non licere vigore privilegii obtenti ante Concilium Tridentinum hodie conferre Ordines minores, consecrare calices et benedicere campanas, in quibus adhibetur unctio. n. 636 ad 3. die 6. Junii 1626.

Omnia disposita in decreto edito sub die 20. Julii 1660 tenoris sequentis ad §. 19, quo vetita est Abbatibus benedictio sacrae suppellectilis pro usu alienarum Ecclesiarum, servanda sunt ab Abbatibus Lateranensibus. n. 2474 die 23. Mart. 1669.

Abbatibus Congreg. Cass., Canonico regul. Later. s. Augustini et Coelest. non posse uti privilegio benedicendi s. suppellectilem, nisi pro usu suorum Monasteriorum. n. 3192 ad 2 die 30. Julii 1689.

Ad dubium: an liceat Abbati Stambensi s. suppellectiles benedicere, in quibus s. unctio non adhibeatur sed etiam altaria consecrare et alia vasa sacra in quibus adhibetur s. chrysm, idque non tantum ad usum propriae Ecclesiae monasterialis sed etiam ad usum aliarum Eccles. S. C. resp.: Negative. n. 4065 die 31. Aug. 1737.

Ad dubium: 1. an licet Abbatibus aliisque Pontificalia ex privilegio exercentibus benedicere campanas, vasa s. et alia, quae s. chrysmate liniuntur, necnon vestes s. et in quorum benedictionibus chrysmatis unctio non requiritur? Quatenus affirmative,

2. an hoc eis liceat etiam pro Ecclesiis sibi pleno jure non subjectis?

3. an Superiores Regularium et Rectores, Priores, Quardiani, Ministri et alii possint explere benedictiones omnes, in quibus s. Chrysm non requiritur? S. C. resp.

Ad 1: Quoad primam partem non licere nisi habeant privilegium; quoad secundam partem licere;

ad 2: Hoc eis licere pro usu dumtaxat suarum Ecclesiarum vel Monasteriorum. ad 3: Posse pro suis Eccles., supposito S. Sedis privilegio. n. 4159 die 16. Maji 1744.

Ad dubium: an ad facultatem consecrandi et benedicendi Abbati Fuldensi suffragetur communicatio privilegiorum Montis Cassinens., vel, si adesset observantia memorabilis, eum possit juvare? S. C. resp.: Affirmative vigore communicationis privilegiorum, non consuetudinis, et in locis propriae jurisdictionis. n. 3663 ad 1 die 22. Sept. 1703.

6) Benedictio parament.

(Vd. *Bened. parament.*; *Cassinenses*.)

Abbatibus aliisque similes habentes facultatem benedicendi paramenta pro usu propriarum Ecclesiarum, non possunt vigore talis facultatis benedicere

paramenta exterarum Ecclesiarum, non obstante allegata consuetudine. n. 829 die 18. Aug. 1629.

7) Benedictus.

Abbas, cum bireto benedictus, ad Abbatiam, usum Pontificalium habentem, translatus non indiget alia benedictione sed potest per se Mitram et alia insignia et indumenta capere. n. 295 die 25. Febr. 1606.

8) Non benedictus.

Abbatem non benedictum et non habentem privilegium Pontificalium a Sede apostolica, non posse neque debere sub praetextu, quod Monasterium fuerit alias unitum Congregationi Vallesoleanae privilegio Pontificalium gaudenti, celebrare Missam et alia Pontificalia exercere, cum illud privilegium (a Clemente VIII. concessum) sit restrictum ad Abbatibus benedictos tantum et ad proprias Ecclesias Ordinis; neque Episcopo licere, dare seu ampliare propria auctoritate gratiam non concessam seu limitatam a Sede apostolica. n. 538 die 8. Maii 1617.

9) Celebrans extra s. Territorium.

Vd. *Usus Pontifical.* (praecip. decr. n. 5065.)

Ad dubium: Utrum Abbatibus Ord. S. Benedicti, vel aliarum Cong., qui pariter usu Pontificalium sunt insigniti, possint, annuente tamen loci Ordinario, Missam solemnem in Pontificalibus extra propriam Eccl., vel ceteras ejusdem Instituti Ecclesias, praesertim quando iidem Abbatibus, in Apost. Indulto benedictionem receperint ad formam Pontificalis Rom.?

Et S. eadem C. rescribendum censuit: „Negative in omnibus sine speciali Apostolico Indulto.“

Et ita rescripsit, ac servari mandavit. n. 5035 ad 3. Die 23. Maji 1846.

10) Exemptus.

Abbas Ecclesiae exemptae, usum

mitrae habens, qui Divinis solemniter interest, potest Episcopo absente suos Canonicos assumere et eandem in Canonicos Eccles. Colleg. jurisdictionem exercere, quam Episcopus in suos. n. 232 ad 2, die 7. Febr. 1604.

11) Facultatem celebr. tribuens.

Abbas, subjectus Ordinario, non potest dare licentiam alteri abbati exempto vel forensi, celebrandi pontificaliter in sua Ecclesia, sine licentia Ordinarii. n. 646 die 18. Julii 1626.

12) Incensatio.

Abbatibus tum in Cathedrali cum alibi extra Presbyterium Divinis interessentibus immediate post Canonicos consuetis ductibus per Caeremoniarum Magistrum thurificenturisque Pax deferatur. n. 2060 die 12. Junii 1660.

Vd. *Cassinenses*; *Incensatio*.

13) Missa privata.

Vd. *Missa privata Abbat.*, *Dignitar.* etc. *Cassinens.*; *Altare portat.*

14) Nominatio in Canone.

Vd. *Canon* (Nomen Abbatis etc.)

15) Pontificalibus extra limites non utitur.

Abbas cum usu Pontificalium iisdem extra limites locorum sibi subjectorum absque *indultu Sedis Apostolicae* nec sine nec cum licentia Dioecesanorum uti non potest. n. 1395 die 28. Junii 1642.

Nequit Episcopus Abbatibus aliisque Praelatis inferioribus, exercitium Pontificalium restrictive habentibus in suis tantum Ecclesiis, facultatem seu licentiam impertiri exercendi illa in Ecclesiis ipsis non subjectis, sive Saeculares fuerint sive Regulares suae Dioecesis. n. 4089 die 11. Julii 1739.

Cf. *Pontificalia* (jus etc.)

16) Praecedentia inter se.

Ab Abbate s. Michaelis Congreg.

Vallisumbrosae deberi praecedentiam Abbati s. Bartholomaei Canonicorum Lateranens., dummodo iste in habitu Clericali vesteque linea sine pallio nigro et sine Mozzetta incedat. n. 1402 die 19. Julii 1642.

17) Praeced. super alios.

Ad dubium: an Abbatibus Ord. S. Benedicti Congreg. Militensis, Status Ragusini, Pontificalibus indutis, tamquam invitalis pro assistentia in solem. primis vespers, Processione et Missa Festivitatibus s. Blasii veniet denuo assignandum stallum in Presbyterio, quo usos fuisse praetendunt in antiqua Cathedrali? S. C. resp.: Archiepiscopus assignet Abbatibus locum decentem in Presbyterio post Episcopos n. 4005 ad 2, die 24. Nov. 1731.

Cum ex parte Patrum Abbatum S. Benedicti Status Ragusini expositum fuerit, quod, ipsi occasione Processionum, et absolutionum ad funeralia Reverendissimorum Archiepiscoporum, et Dominorum Rectorum Reipublicae Ragusinae, ad quas iidem invitati sunt simul cum Episcopis Suffraganeis, nulla persona in Dignitate Ecclesiastica constituta interposita, Pontificalibus ornamentis induti semper accesserunt: cumque modo ad effectum, ne a simili possessione a Canonicis Cathedralis Ragusinae iidem in posterum perturbari valeant, pro declaratione mentionis hujusmodi assertae consuetudinis S. R. C. humillime supplicatum fuerit.

S. eadem R. C., visis attestationibus Episcoporum Stagen., et Mercanen., et Tribunen., et lecto voto a Reverendissimo Archiepiscopo Amaseno Apostolicarum caeremoniarum Praefecto exarato, rescribendum censuit: „Praecedentiam supra Canonicos deberi Abbatibus praedictis, et solitum servari mandavit.“ Et ita decrevit. n. 3972. Die 12. Julii 1727.

18) Processio.

Posse Abbatem facere processionem cum suis Monachis et absque aliis Religiosis, dummodo non exeat limites Parochiae. n. 246 ad 1, die 17. Julii 1604.

In processionibus *per civitatem* Abbas coram se deferri facere non potest mitram et baculum, quia extra suam Ecclesiam et conventum non potest uti mitra et baculo. n. 246 ad 3, die 17. Julii 1604.

In processionibus SS. Corp. Christi Abbas curatus, pluviali indutus, incedere debet cum alio presbytero antiquiori similiter Pluviali induto. n. 3472 die 31. Maji 1698.

Vd. *Mitra Abbatibus; Processio Regular.*

ABBATISSA.

1) Baculus.

Non licet Abbatissae in choro adhibere baculum Episcopalem, eundemque. cum exponantur Abbatissarum cadavera, earum manibus aptari vel prope apponi. n. 1780 die 29. Jan. 1656.

S. C. Episcopo injungit ut cum caeteris etiam (in civitate Manfredoniae) Monialibus Decretum (de baculo) S. C. exequatur. n. 1809 die 10. Junii 1656.

2) Benedicens et aspergens Moniales.

Ad dubium: An in conclusione Capituli culparum possit ex consuetudine Abbatissa benedicere Sorores dicens: *Sit nomen etc.*, et *Dominus nos benedicat*, et *ab omni malo defendat etc.*, ut in fine Primae; et an possit de sero illas aqua benedicere, seu aspergere, repetens verba: *Benedictio Dei Omnipotentis Patris etc.*, descendat super Vos, et maneat semper?

Emi et Rmi P. s. tuendis Ritibus praepositi rescribendum censuerunt:

„Affirmative, seu servetur consuetudo.“

Atque ita rescripsere. n. 5148 ad 9, die 7. Sept. 1850.

3) Jurisdictio.

Praeeminentiam et jurisdictionem Coadjutricis cessare in praesentia Abbatissae et ideo, praesente Abbatissa, Priorissam esse coadjutrici praefendam. n. 253 die 16. Oct. 1604.

ABLUTIO.

1) Digitorum cum aqua tantum.

Vd. *Calix.* (Purificatio.)

Sacerdos Joannes Baptista Fulise ex Dioec. Tornac. summopere exoptans, ut uniformis sit praxis omnium Eccl. in exequendis singulis Caeremoniis quae in Sacrosancto Missae Sacrificio locum obtinent, S. R. C. enixe rogavit, ut sententiam suam proferre dignaretur super sequenti Dubio ab ipso proposito iis in terminis: An pro abluendis vino et aqua pollicibus, et indicibus in secunda purificatione post Communionem debeat Sacerdos e medio Altaris versus Cornu Epistolae recedere? S. eadem C. ad Quirinale subsignata die coadunata in Ordinario Coetu, audita a Secretario relatione, rescribendum censuit: „Serventur Rubricae pro diversitate Missae.“ n. 5138. Die 22. Julii 1848.

2) Manuum Episcopi.

(Laici.)

Magistratum ad ablutionem manuum Episcopi solemniter celebrantis cogi non posse, sed si invitatus id faciat, laudandum. n. 1537 die 26. Aug. 1645; n. 4015 ad 3, die 9. Maji 1733.

Syndacos civitatis Venafri renuentes ministrare Episcopo aquam, ut antea consueverunt in functionibus pontificalibus, hortandos esse, non compellendos. n. 2217 die 28. Apr. 1663.

Magistratus prout in Caeremoniali tam absente quam praesente Gubernatore Episcopo in lotionem manuum inservire debeat. n. 3468 die 19. Apr. 1698.

Magistratus Comaclen. ministrans aquam pro lotionem manuum Episcopi solemniter celebrantis in eundo et redeundo ultra Genuflexionem altari debitam tenetur alteram facere eidem Episcopo, et accedere ad abacum pro accipiendis pelvibus... pro eadem lotionem manuum; et debet uti velo serico circum spatulas extenso in praestatione ejusdem lotionis. n. 3717 ad 1—3, die 4. Apr. 1705; n. 4305 ad 2, die (21. Julii) 12. Septembris 1761.

Magistratus Bricinoriensis accedens ad lotionem manuum Episcopi pontif. parati debet in actu genuflectere et manere genuflexus. n. 4305 ad 1, die (21. Julii) 12. Sept. 1761.

Vd. *Genuflexio coram Episcopo. Lavabo.*

ABROGATIO.

1) Festorum.

Vd. *Reductio festorum.*

2) Octavarum in Congreg. ss. Redemptoris.

Vd. *Calendarium Congreg. ss. Redempt.* (decr. n. 4581 ad 4 et 5.)

ABSOLUTIO.

1) Infirmi.

Episcopi Philippinarum possunt adstringere parochos regulares ad observandum in praxi Rituale roman., quod dicit: „quodsi confitendi desiderium suum per se sive per alios ostenderit infirmus, absolvendus. Et si non est introducta observatio Ritualis romani, introducatur. n. 629 die 2. Maji 1626.“